PAVLI PRINCIPIS DE LA SCALA ET HVN, MARCHIONIS VERONAE &c. DOMINI CREVTZBVRGI PRVSSIAE, PRIMI TOMI MISCELLANEORVM, DE RERVM

cauſsis & ſucceſsibus atq; ſecretiori methodo ibidem expreſſa, effigies ac exemplar, nimirum, vaticiniorum & imaginum Ioachimi Abbatis Florenſis Calabriæ, & Anſelmi Epiſcopi Marſichani, ſuper ſtatu ſummorum Pontificum Rhomanæ Eccleſiæ, contra falſam, iniquam, vanam, confictam & ſeditioſam cuiuſdam Pſeudomagi, quæ nuper nomine Theophraſti Paracelſi in lucem prodijt, pſeudomagicam expoſitionem, vera, certa, & indubitata explanatio.

del Coll.º m.r de Cuenca

COLONIAE AGRIPPINAE,
Ex Officina Typographica Theodori Graminæi.
ANNO M. D. LXX.

INVICTISSIMO GLORIOSISSIMOQVE SACRI RHOMANI IMPERII IMPERATORI, CAESARI, DIVO MAXIMILIANO HVIVS NOMINIS SECVNDO, REgi totius Orientis, Patri Patriæ, Catholico, felici, auguſto. Paulus Princeps de la Scala & Hun, &c. ſe ſupplex commendat.

SExtus iam agitur annus, Cæſar Opt. Max. quòd ad Eccleſiæ Rhomanæ cõmodum, & tuum emolumẽtum procurandum & promouendum, Pruſsia ablegatus ſim. Quod vbi animaduertiſſent Catholicæ religionis aduerſarij, omnes artes ſuas coniunxerunt, quibus impedirent propoſitum: omnemq́ue idcirco lapidem mouerunt, vt falſa criminatione, & nefaria delatione, in odium & tuũ, & Regis adducerer, atq; legatus, publica regis ſecuritate munitus, inauditus, non citatus, indefenſus, contra iura legationis, omniumq́; populorum leges & conſuetudines, proſcriberer. Itaque vt hominum conſceleratorum, tetram atque immanem, & omni ſupplicio vindicandam coniurationem, libidinẽ & tyrãnidem, intellexi, mox publicis typis ſubieci meam apologiam, atque editam in lucem Regi tranſmiſi, meq; à maximo, quod mihi ab impijs hominibus obijciebatur, crimine excuſaui, illorumq́; vęſaniam ita cõfutaui, vt vniuerſa Europa facilè meis partibus ſubſcriberet. Cæterùm preces meæ maximis & continuis cla-

PAVLI PRINCIPIS DE LA SCALA ET HVN, MARCHIONIS VERONAE, &c. DOMINI CREVTZBVRGI PRVSSIAE, PRIMI TOMI MISCELLANEORVM, DE RERVM

cauſsis & ſucceſsibus atq; ſecretiori methodo ibidem expreſſa effigies ac exemplar, nimirum vaticiniorum & imaginum Ioachimi Abbatis Florenſis Calabriæ, & Anſelmi Epiſcopi Marſichani, ſuper ſtatu ſummorum Pontificum Rhomanæ Eccleſiæ, contra falſam, iniquam, vanam, confictam & ſeditioſam cuiuſdam Pſeudomagi, quæ nuper nomine Theophraſti Paracelſi in lucem prodijt, pſeudomagicam expoſitionem vera, certa, & indubitata explanatio.

VATICINIVM PRIMVM.

IOACHIM ABBAS.

Stellas congregabit, vt luceant in firmamento cœli. Aſcende calue vt amplius decalueris, qui non vereris decaluare ſponſam, vt comam vrſæ nutrias: vade & paſce columbam granis puriſsimis à fera peſsima conculcandis: ſed caue ne fatua pietate deluſus, grana infecta, quibus vrſam paſcis, columbæ propines, ne tali cibo infecta grauiter infirmetur, tardè & difficulter curanda.

PAV-